
PRAEFATIO
PRIORIS EDITIONIS.

Quae quondam Boerhaavium,
posteaque Hallerum, ad edenda
compendia physiologiae compulerunt ra-
tiones, iisdem et auctor harum institu-
tionum, vt eas conscribendi consilium
fufciperet, se permotum fatetur.

Ille enim *): „*propriorum cogitato-
rum explicatione docentem plus proficere,
quam si opus ab alio conscriptum interpretari
fufcipit — , clariorem fere doctrinam, atque
animatam plurumque sequi orationem,*„ & f. p.

) 3

Iste

itut. medic. ed. Leydenf.

*

Iste vero *): „*etſi antea Boerhaavii libro ad ordinandas praelectiones uſus fuerit, proprias tamen poſtea in paginas dicere incepſiſſe, quod ab iſtius inde temporibus anatome ita locupletata ſit ut a ſe ipſa plurimum differat,*„ &c.

Quae tum temporis de anatome Hallerus, ea hodieque multo magis de ipſa phyſiologia valere neminem inſitias iturum ſperamus, qui vel ea huius diſciplinæ grauiffima capita cogitanerit, quae de reſpirationis uſu primario deque calore animali agunt, tum de diſtione

Minus ergo auctori quam aëuo quo
viuit tribuenda sunt, quae post tot nu-
pera physiologiae incrementa rectius et
propius ad naturae veritatem in hisce
institutionibus tradidit, quam meritissimis
suis antecessoribus tradere licuerat.

Quae tamen etiam ex propria penu
passim suppeditare ille studuit, siue no-
viter siue aliter ac hactenus factum est,
obseruata aut explicata, lectores docti
et aequi ipsi facile intelligent: praefer-
tim ex notis, quibus subinde subtilius
paulo quam in succincto textus tramite
licebat, de nonnullis id generis argu-
mentis disputauit.

vt nempe capita naturali vinculo et cum quadam facilitate se exciperent, aliud ex alio quasi fluere videretur &c.

Librorum non sterilem citauit farra-
ginem, sed selectam, in qua quidem
habenda eam praesertim seruauit ratio-
nem, vt primo tironum in gratiam aucto-
res principes indicaret, neque tamen in
vulgus notos, sed eos maxime, qui sin-
gularia physiologiae capita studiosius et
ex professo singularibus scriptis pertracta-
runt: tum vero et passim minus adhuc
tritos fontes ex aliis, praesertim praeter
medicinam, disciplinis, excitaret, non-
dum, vt ipsi visum erat, in physiolo-
giae studio hactenus pro dignitate fre-
quentatos.

Icones partium melioris notae annotavit, et ex his quidem omnium frequentissime Eustachianas, quod Albinianam earum editionem, ut ditissimum et magnopere perfectum in eo genere opus s. thesaurum potius nunquam fatis commendandum, in medicorum iuuenum omnium ac singulorum manibus esse merito optet.

Aliquas vero ipsi huic libro addidit figuras proprias, eiusmodi partium quarum aut plane nullae aut non tales inter Eustachianas habentur.

Summus denique in vniuersum et vltimus ipsi fuit finis, ut fida et succincta et captu facilia traderet disciplinae initia, qua uti non iucundior ita vix grauior

X 5

et

X PRAEFATIO PRIORIS EDIT.

et vtilior altera in vniuerso medicinae
ambitu extat; si modo vera sunt, vt
sunt verissima Galeni viri immortalis
in fronte *methodi medendi* verba: „*cuius-*
que morbi tanta est magnitudo, quantum a
naturali statu recedit, — quantum vero
recedat, is solus nouit qui naturalem habitum
ad amissum tenuerit.„
